



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Jacobi Usserii Armachani Annales Veteris Et Novi Testamenti**

**Ussher, James**

**Lutetiæ Parisiorum, 1673**

Partis Posterioris, De Annis Regum Israelis Et Judæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14425**

CHRONOLOGIÆ SACRÆ  
 PARS POSTERIOR.  
 DE ANNIS REGUM  
 ISRAELIS ET JUDÆ.

**V**T Regum Judæ & Israelis annorum calculum, qui admodum perplexus est, commodius assequamur: duæ Periodi distincte sunt considerandæ, in quarum capite utriusque regni Principi iniriâ concurrunt. Prior est, a principio *Rehoboam* Regis Judæ & *Ieroboam* Israelis, usque ad *Achaziam* Judaici & *Iehoram* Israelitici exitum; posterior, ab initio *Athalia* quæ Judæ, & *Iehu* qui Israelis regnum invasit, usque ad Regni Israelitici excidium, quod in fine anni sexti *Ezechia* regis Judæ contigit. Quum enim (ex II. Regum IX.) eodem tempore *Achaziam* & *Iehoram* à *Iehu* occisos constet: cum illorum exitu ipsius *Iehu* & *Athalia* simul conjunctum esse initium, manifestum est. Et licet inter mortem *Salomonis*, quam statim excepit regni *Rehoboam* initium & distractionem regni Israelitici, quæ *Ieroboam* dominatui principium dedit bimestre fere temporis spatium intercesserit, Scriptura tamen regnum *Rehoboam*, in Juda, & *Ieroboam* in Israele ab eodem deducit principio. Cum enim 17. annos Hierosolymis regnavisset *Rehoboam*; ei defuncto filius *Abia* anno 18. *Ieroboam* successisse memoratur (I. Reg. XIV. 21. 31. cum XV. 1. similiterque, II. Chronic. XII. 13. 16. cum XIII. 1.) quod recte dici non potuisset, si ab altiori termino *Rehoboam* quam *Ieroboam* numeratum fuisset exordium.

In priori igitur periodo, sequentibus Regibus hocse annos facta tribuit Historia.

JUDÆ.	ISRAELIS.
I. <i>Rehoboam</i> , ann. 17.	I. <i>Ieroboam</i> , ann. 22.
II. <i>Abia</i> , 3.	II. <i>Nadab</i> , 2.
III. <i>Afa</i> , 41.	III. <i>Boasa</i> , 24.
IV. <i>Iehosaphat</i> , 25.	IV. <i>Ela</i> , 2.
V. <i>Iehoram</i> , 12.	V. <i>Zimri</i> , 7. dies.
VI. <i>Achazia</i> , 1.	VI. <i>Omri</i> , ann. 12.
	VII. <i>Ahab</i> , 22.
	VIII. <i>Achazia</i> , 2.
	IX. <i>Iehoram</i> , 12.

Ubi, quum paria deberent esse spatia: Regum *Juda* tamen numeri 95. tantum annorum; *Israelis*, annorum 98. & dierum 7. summam exhibent. Quare ut propior adhuc fiat exæquatio, utrorumque instituenda est collatio quam ex libris Regum ita delineare possumus.

JUDÆ.	ISRAELIS.
<i>Rehoboam</i> , ann. 17. 1	1 <i>Ieroboam</i> ann. 22 (1. Reg. XIV. 20.)
(1. Reg. XIV. 21.)	
2	2
3	3
4	4
5	5
6	6
7	7
8	8
9	9
10	10
11	11
12	12
13	13
14	14
15	15
16	16
17	17
18	18
19	19
20	20
21	21
22	22
23	23
24	24
25	25
26	26
27	27
28	28
29	29
30	30
31	31
32	32
33	33
34	34
35	35
36	36
37	37

	12.	1.	Achab, ann. 22.
			incipiens 38. Ase,
	38		(c. XVI. 29.)
	39	2	
	40	3	
* Jechosaphat ann.	41	4	
25. incipiens 4.			
Achabi (c. XXII.			
41. 42.) ad finem			
vergente sc.			
	1	5	
	2	6	
	3	7	
	&c.	&c.	
	16	20	
	17	21	1. Abaxiab. an. 2.
			incipiens 17. Jeho-
			saphati, (c. XXII.
			51.)
	18	22.	2.
	19	1	* Jehoram, ann. 12.
			incipiens 18. Jeho-
			saphati, (II. Reg.
			III. 1.) desinente sc.
	20	2	
	21	3	
	22	4	
Jehoram, ann. 8.	1.	23	
incipiens Jo.	2.	24	
rami Israelitici.	3.	25	
(II. Reg. VIII.	4.		
16. 17.)	5.		
	6.	10	
	7.	11	
Abaxia, ann. 1. in-	1.	8	
cipiens Ioramī Isra-			
elici 12. (c. VIII.			
25. 26.)			

In isto diagrammate, Regum principia (que præcipue hic spectanda) ad eundem regis *ovz* 25<sup>o</sup> annu referri vides, qui in sacra Scriptura habetur expressus: quatuor tantum exceptis locis, quos apposito asterisco prænotavimus. Eorum præcipuus ille est, qui *Omiri* regem spectat; Samaritæ conditorem. Cum enim in I. Reg. XVI. 23. anno 31. *Ase* regnavisse dicatur, & anni 12. ei assignentur: non à 31. sed à 27. *Ase* deducendos eos esse communis Chronologorum est sententia: quandoquidem alias, *Ase* (qui 41. regnavit annos) superstes fuisset *Omiri*; eoque adhuc regnante principatum inisset *Jehosaphat*, quum tamen filius & successor *Omiri*, *Achabus* anno 38. *Ase*, atque *Ase Jehosaphatus* anno quarto *Achabi*, regnare cepisse memorentur, (I. Reg. XVI. 29. & XXII. 41.)

Ita igitur res sese habuit. Sublato *Zimri*. anno 27. *Ase*, in partes populus Israeliticus est divisus: *Thibni* una *Omiri* altera parte sequente. (I. Reg. XVI. 15. 21.) *Emulo* deinde *Thibni* mortuo solus imperavit *Omiri* ann. *Ase* 31. ita tamen ut in legitima ann. serie continuanda, annorum illius 12. numerus non à monarchia hac, sed à primo ipsius dominio sit repetendus. Quod & in Latina sua versione ita exprimen-

dum tenent Tremellius. Anno vigesimo primo completo *Ase* regis *Iehuda* (regnavit enim *Homri* super *Israel* duodecim annis) *Thibni* 22. a regnavit sexto anno; quum emi monentem *Schomronis* à *Schemero* duobus talentis argenti. Quæ tamen verborum translatio nobis omnino esse videtur coactior.

Tres loci reliqui minus habent difficultatis: ut qui supponant tantum, numerum annorum Regis, cum quo alterius initium comparatur prope completum fuisse; re ipsa illud postulante. Et cum in annorum serie recte digerenda, id imprimis curandum sit ut anni absoluti ab incompletis distinguantur: in hac Periode est observatum, extremos Regum annos plerosque omnes, *Jude* quidem plenos, *Israelis* vero inchoatos esse accipiendos. Cum enim *Rehoboam* una cum *Ieroboamo* annis 17. regnavisse dicatur, eidemq; *Abiab* filius anno 18. *Ieroboam* in regno successisse: & 17. *Rehoboam* illos plenos fuisse, & *Ieroboam*, 18. inchoatum facile intelligitur. Deinde cum per triennium regnans *Abiab*, successorem habuisse *Afam* anno *Ieroboam* 20. memoretur: & *Abi*. tertium, & *Ieroboam* illum vicesimum prope completum fuisse, à diligentioribus Chronographis est notatum; ita ut *Ase* primus cum vicesimo *Ieroboam* aliquot tantum dies, cum proximo vero annum pene integrum communem habuerit. Aliter enim *Nadabus* statim post *Ieroboamum* patrem mortuus fuisset: cum tamen post illius mortem regnum eum accepisset, & ultra integrum annum illud tenuisset, ex I. Reg. XIV. 20. collat. cum XV. 25. appareat.

Sic & *Ase* quoque annos 41. integros tribuentes, initium filii & successoris eius *Jehosaphati* in anno quarto *Achabi* ad finem tendente collocamus. Alioqui ipsius *Achabi* filius & successor *Achazja* patri vel non omnino, vel per paucos tantum dies fuisset superstes, quæ eadem etiam nos movit ratio, ut *Jehoram*, in regno Israelitico fratris *Achazja* successoris initium ad *Jehosaphati* annum 18. pariter desinentem referremus. Et quidem ex attenta sacri contextus consideratione colligi posse videtur, *Achabum* & *Jehosaphatum* eodem fere tempore filios suos Proreges constituisse, consilio (ut à viro prudente est observatum) ab *Achabo* profecto qui suo fortasse exemplo affinem regem ad eundem honorem filio *Jehoram* deferendum invitare voluerit: ut eo splendidior genere, & cum eo *Athalie* filia sua conditio atque status eminentior obtingeret. Hinc *Achazja*, *Achabi* filius anno *Jehosaphati* 7. cepisset, & biennio super *Israel* regnavisse legitur. (I. Reg. XXII. 51.) cujus biennii ut majorem partem vivente patre *Achabo* fuisse exactam, synchronismi ratio dubitare nos non finit: ita & reliquam, quæ mortuo patre non vicariam jam, sed absolutam potestatem obtinebat, undecim dierum (ut *Codoman* placuit) aut ejusmodi minutulo temporis spatio non esse cohibendam, illud suadet. Quod societatem cum *Jehosaphato* in *Ophiriana* expeditione primum negatam, ac ulteriore denum sollicitatione obtentam, inierit, & classem simul

cum

cum eo *Ezions Geberis* paraverit ; (1. Reg. XXII. 49. 2. Chronic. XX. 36.) deinde membrorum contusione quam ex casu contraxerat, laborans, ab *Elia* propheta tertiâ vice accessit, to responsum acceperit, ex lecto non esse descensurum, sed ex aegritudine illa tandem omnino moriturum, (2. Reg. I.)

Illi vero mortuo, frater *Jehoram* in regno Israelitico successisse dicitur, anno secundo *Jehoram* filii *Jehosaphati* Regis Judæ: (2. Reg. I. 17.) quod commodius explicari non potest, quam illa admitta hypothefi, quæ eodem illo anno 17. *Jehosaphatis*, *Jehoramum* ejus filium Judæ Proregem constitutum fuisse, ejusque vicariâ potestatis anno 2. (*Jehosaphati* patris desinente 18.) mortuo fratri *Achazie* successisse in regno Israelitico *Jehoramum* alterum, ex Prorege jam regem factum. Cujus deinde ita regnantis anno 5. *Jehoramum* quoque Judæ proregem à vivente patre *Jehosaphato*, jam seniore, regni factum fuisse consortem, & quasi ex *Cæsare* creatum Augustum, locus ille 2. Reg. VIII. 16. clare indicat. Anno quinto *Joram* filii *Achabi* regis Israelis *Jehosaphato* existente tunc rege Judæ, regnavit *Jehoram* filius *Jehosaphati* rex Judæ.

Sic & ipsum *Jehoramum* Judaicum, intestinorum incurabili morbo laborantem filium *Achaziam* Proregem constituisse anno *Jehoram* Israelitici 11. ex 2. Reg. IX. 29. colligimus: qui, patre deinde mortuo, regnum adierit anno ejusdem *Jehoram* 12. & per anni fere spatium illud administraverit. (2. Reg. VIII. 25.) Cum enim aliquam partem 12. anni *Joram* Israelitici 8. (licet inchoatus) annus *Jehoram* Judaici occupaverit, (posito, cum Scriptura 2. Reg. VIII. 16. in anno 5. Israelitici *Joram* regni ipsius exordio: ) initium *Achazie* nullum locum in 11. *Jehoram* Israelitici habere poterat, nisi aliud quod ille imperium vivente patre obtinisset. Unde simul cum patre *Jehosaphato* triennio *Jehoramum*, & post patris mortem, tum ipsum *Achaziam* filium quinquennio, regnavisse concludimus. Ita igitur anni Chronologici regum Judaicorum hujus periodi eorumque initia ad annos Mundi accommodata representari poterunt: ab Israelitici regni distractione quam circa 3. mensis diem 23. in capite superiore contigisse ostendimus) ducto principio.

- A. M. 3029. (circa mensis 3. diem 23.) *Rehoboam*, annos 17.
  - 3046. (circa mensis 3. diem 23.) *Abiath*, ann. 2. mens. 11. dies 17.
  - 3049. (circa mensis 3. diem 10. *Asa*, an. 41.
  - 3090. (circa mensis 3. diem 10.) *Jehosaphat*, ann. 25.
  - 3115. (circa mensis 3. diem 10.) *Jehoram*, ann. 4. mens. 1. circiter.
  - 3119. (circa mensis 2. diem 10.) *Achazias*, mens. 11.
  - 3120. (circa mensis 3. diem 10.) Principium sequentis Periodi.
- Summa est annorum 90 mens. 11. dies. 17.

Ad quam Israeliticorum regum anni hoc conformandi sunt modo. Ab initio *Rehoboami*

ad 18. *Jehosaphati* prope completum quo *Jehoramum*, postremum hujus periodi regem Israeliticum, imperare cepisse diximus; annos fere 79. effluxisse vidimus. At sex primorum Regum Israeliticorum anni in Scriptura expressi, *Jeroboami* 22. *Nadabi* 1. *Basæ* 24. *Ela* 2. *Omri* 12. & *Achabi* 22. summam annorum 84. constituunt: præter septem dies *Zimri*, & tempus illud quo *Achaziam* patri *Achabo* superstitem fuisse ostendimus. Postremi ergo anni sex illorum regum inchoati tantum fuisse supponantur: sic ut dimidiatus fere mensis pro postremo cujusque anno computetur, & octo circiter menses *Achazie* post patris mortem tribuantur: eâ tamen lege, ut siquid supra semestri spatium ultimis Regum illorum annis foret addendum, tantundem ab *Achazie* tempore detrahendum fuisse intelligatur. Quod cum sciri omnino non possit; & ut sciatur non multum admodum intersit: assignato *Achazie* cuique Regum semestri isto, eandem annorum 90. mensium 11. & dierum 17. summam exhibens. Chronologicorum annorum hujusmodi exurget dispositio, & ad annos Mundi applicatio.

- A. M. 3029. (circa mensis 3. diem 23.) *Jeroboam*, ann. 21. dies 15.
- 3050. (circa 4. mensis diem 8.) *Nadab*, ann. 1. dies 15.
- 3051. (circa 4. mensis diem 23.) *Basæ*, ann. 23. dies 15.
- 3074. (circa 5. mensis diem 8.) *Ela*, ann. 1. dies 15.
- 3075. (circa 5. mensis diem 23.) *Zimri*, dies 7.
- 3075. (circa 5. mensis diem 30.) *Omri*, ann. 11. dies 15.
- 3086. (circa mensis 6. diem 15.) *Achab*, annos 2. dies 15.
- 3107. (circa 6. mensis diem 30) *Achazias*, mens. 8. di. 10.
- 3108. (circa mensis 3. diem 10.) *Jehoram*, ann. 12.
- 3120. (circa mensis 3. diem 10.) Principium sequentis Periodi.

Cum enim verno tempore, quo solent reges ad bella procedere, (2. Sam. XI. 1.) & *Jehoram* Israelis & *Achazias* Judæ rex, ad bellum cum *Hazaële* gerendum, Ramothas Giliadis profectus fuisset, & vulnerato *Jehoram*o uterque domum rediisset; *Jehu*, cum reliquis copiarum principibus & toto Israele, ad urbem adversus *Hazaëlem* custodiendam, relictus est, (2. Reg. VIII. 28. 29. & IX. 14. 15.) Ubi quum in Regem Israelitarum, juxta Dei mandatum, fuisset unctus, & *Jehoramum* qui æger ibi decumbebat; & *Achaziam* qui ad illum invifendum eo venerat, è medio sustulit; vere (ut historię series patefacit) jam adulto; in quo & hujus Periodi exitum, & sequentis initium, eam ob causam reponimus: circa 10. videlicet mensis 3. diem; ut in sequente quoque capite mox declarabimus.

Interim, quum res esse difficultates in Regum historia \* *Matheus Beroaldus* affirmet, quæ egent sapientiæ calæstis afflatu, ut aperiri &

Vid. hæc de re Lurent. Codoman.

\* Beroald. Chron. l. 3. cap. 5.

Aliam dat Petav. pag. 242. 243.

Vid. Harvill. & Mendoz.

<sup>b</sup> Caletan. in 2. Paralip. c. 15. 16.  
<sup>c</sup> Jo. Lucid. lib. 2. temp. cap. 9.  
<sup>d</sup> Melch. Canus. Loc. Thologic. l. 11. c. 5.  
<sup>e</sup> Tostat. in 2. Paralip. qu. 3.

intelligi possint; earumque priores quæ ad hanc spectent Periodum; harum explicationem, in parte hujus capituli reliqua, prius placuit absolvere. Sicigitur ille; *Baasa rex Israel dicitur muro circumdedit Rama*, anno 36. regis *Ase*; 2. Chronic. XVI. *At obiisse Baasam* 26. anno *Ase* colligitur, ex 1. Reg. XVII. 6. 8. ubi eo anno *Ela*, patre *Baasa* defuncto, regnum Israeliticum cepisse dicitur. Hunc nodum <sup>b</sup> *Cajetanus*, <sup>c</sup> *Lucidus* & <sup>d</sup> *Canus*, cum solvere non potuissent dissecuerunt: ex eplaria Hebræa, Græca, & Latina, tum in hoc, tum in loco eodem genuino 2. Chr. XV. 19. corrupta esse pronunciantes; gravi & prudenti *Abulenſis* illa præmonitione rite prius non expensa. *Ista est periculosa solutio, quia si in uno loco Scriptura corruptionem esse fateamur; de omnibus aliis locis dubitabimus, an corruptio ibi sit: sicut dicit Augustinus, (& habetur in Decretis distinct. 9. cap. Si ad Scripturas sacras) quod si aliquod mendacium in sacra Scriptura consistetur, nullam auctoritatem inde relinuemus. Ideo, inquit, aliam solutionem cogita, si occurrat. Occurrit vero facilis ista solutio, quam dat *Tremellius*, quum regna modo à populis denominentur, modo à personis regnantibus; regnum *Ase* hic appellari regnum *Judæ*, à diviso populo quod tunc obtinebat *Ase*. Cum enim confecto bello *Aethiopico*, Hierosolymam rediisse dicatur *Ase*, anno regni decimo quinto, 2. Chronic. XV. 10. in postremo ejusdem capituli versiculo subjicitur: *Bellum enim non fuerat, usque ad annum trigesimum quintum regni Ase*. Ad annum vero *Ase* 15. additis annis *Rehoboam* 17. & *Abia* 3. exurgit annus 35. regni *Judæi* ab Israelitico sejuncti.*

Posterior longe majore difficultate premitur locus; 2. Chronic. XXII. 2. *Filius quadraginta duorum annorum erat Achaziah, quum regnaret ipse; & anno uno regnavit Hierosolymis: & matris ejus nomen Athalia filia Omri*. At *Joram* patrem *Achazie* vixisse tantum annos quadraginta colligitur ex 2. Chronic. XXI. 20. ubi dicitur *Joram* triginta duorum annorum fuisse quum regnare cepisset, & octo annis regnasse Hierosolymis. Atque hic etiam post alios, novissimè *Dionysius Petavius*, <sup>f</sup> *Necesse esse in Hebræis codicibus* (quibus & *Latinos* suos addere poterat) numerum esse corruptum asserit & (ex 2. Reg. VIII. 26.) pro 42. legendum 22. quæ sane solutio ut ob lapsus facilitatem magis probabilis, ita & ob codicum quorundam consensus minus temeraria est censenda quam *Melchioris Cani* illa superior, quæ in ann. 35. & 36. regni *Ase* omnia Bibliorum exemplaria quæ extant falsi insimulare est ausa. In literarum enim numeralium descriptione, adeo proclivis est mutatio 2 in 22 ut etiam absque librarii culpa, fibra vel lineola aliqua in ipsa membrana prominente, accidere illa posset: quemadmodum eruditissimum & amicissimum *Josephum Medum* differrentem aliquando me audire memini. Nec solum in Græcis aliquibus MSS. (nam in *Sixtiana* editione LXX. interpretum, quam solam produxit *Petavius*, 20. hic anni tantum leguntur) sed etiam in Bibliis

Syriacis, quibus à primævis temporibus Ecclesia Antiochena est usâ, non ex LXX. interpretum lacunis, sed ex ipso Hebræo fonte traductis, idem hic quini 2. Reg. VIII. 26. expressus habetur numerus. Consulto enim apographo, quod ex Antiocheni Patriarchæ exemplari magno pretio describendum curavi, & superiora illa de 35. & 36. regni *Ase* eadem, & pro 42. *Achazia* annis 22. hoc loco positos reperi.

Quod si minus tamen tuta, ista existimetur repositio: de idiotismo illo cogitandum erit, in *Saule* מלך ישראל filio anni. 1. Sam. XIII. 1. a doctis ita expositio, ut ea loquendi formula, non anni semper intelligantur à nativitate deducti, sed etiam ab epocha aliqua alia, quocumque modo spectante ad eum qui tot annorum filius fuisse dicitur. Quam hic quidem extra vericulum propositum non opus fuerit querere; in quomam *Achazia* nomen fuisse refertur *Athalia* filia *Omri*. Neque enim vel *Achaziam* ipsum: vel universi regni *Judæi* statum quicquam propius attingebat, quam ortus *Athalia*; femina non mariti solum & filii, sed etiam ad totius Reipublicæ & regni imprius seminis perniciem nata: quæ quippe & illos consilii suis perdidit, & post excelsum, tota fere extincta domo regia, dominatum in terram *Judæ* ipsa sibi arripuerit. Ubi quum statim post *Achaziam*, & multo quam ille diutius, *Judæi* regni solum occupaverit, ut illius natalis (more in aliis regibus servari solito) in 2. Reg. VIII. 26. aperte; ita quoque & matris ipsius, in 2. Chron. XII. 2. involute significatus fuisse videatur.

Et hic quidem in Hebræo textu trajectionem esse obscuriorem *Tremellius* notavit, cujusmodi in 1. Sam. XX. 16. *Ezra* X. 17. & *Neheem* XII. 22. esse ait; atque ita locum interpretandum esse censuit, *Cujus matris nomen Athalia nata Homri; agentis quadragessimum secundum annum quum Achaziah regnaret, qui anno uno regnavit Jerushalaimis*. Quæ trajectio si à genuini textus simplicitate cupiam non videatur alienior: mutato tantum casu, ut loco [agentis] reponatur [agens] & ad ipsam *Athalam*, non avum illius *Omri*, sequens anni 42. notatio referatur; eandem ipsam, quam nos proposuimus exhibebit sententiam. Et convenit certe magis, tam cum verborum proprietate, ut *Athalia* ætatis, quam ut *Omri* regni sui ann. 42. egisse hic intelligatur; quam cum rei ipsius natura; quæ non ab *Omri*, sed ab *Achabo* ea mali semina traxisse *Athalam* nos edocet, quæ conatu tam improbo per *Judæam* universam diffundere nefaria femina laboravit, ut patris *Achabi* & matris *Jezebelis* filiam posse agnoscere, unde neque maritum illius *Jehoramum*, neque filium *Achaziam* eo nomine insimulatos legimus; quod peccato *Omri*, sed quod *Achabi* scelere & se, & regna sua polluerint. Unde post verba citata, textus facit de *Achazia* statim subjicit. *Hic etiam ambulavit in viis domus Achab: nam mater ejus erat consiliaria ejus ad improbandum. Itaque fecit quod malum videret in oculis Jehovæ sicut domus Achab: ipsi enim*

erant:

<sup>f</sup> Petav. Rationar. temp. part. 2. l. 2. cap. 11.

Ut Not. Nobilius & MSS. Oxon. Cantabr. & P. Junij.

Que etiam  
filius, id  
est, in 16.  
Joram: cum  
filius fuit  
qui in Regi  
tempore  
per aliter  
tem natus

erant ei consiliarii post mortem patris ejus, adeo ut perdidit eum. 2. Chronic. XXII. 3. 4. & in 2. Reg. VIII. 17. *brevius, ambulavit in via domus Achabi, fecitque quod malum videtur in oculis Jehova sicut domus Achabi, quia gener domus Achabi erat.* Hoc enim discrimen inter peccatum Omri & Achabi erat: quod ille in via *Ieroboami filii Nebati ambulaverit*; hic vero insuper, accepta uxore *Iezebele* regis Sidoniorum filia, in illius gratiam, cultum *Baalis* introduxit. (1. Reg. XVI. 26. 31.) *Athalia* vero opera, non Omri avi, sed *Achabi* patris idololatria, non vitulorum *Ieroboami* (quos Juda non agnovit) sed *Baalis* Sidoniorum cultus longe tetrior in regnum Judæ est inductus, & à filiis ejus studiose propagatus. *Athalia* enim *improbissimè se genitrici, filii ejus pertruperunt in domum Dei; etiamque omnes res consecratas domui Jehove aptaverunt Bahalimis*: ut in 2. Chron. XXIV. 7. significanter commemoratum legimus.

In secunda Periodo, ut primam *Athalia* in regno Judaico annos, sed *Completo* simul cum *Jehu* Israelitico; ita & postremum *Ezekiam* cum postremo Israeliticorum regum *Hosea* totidem *Completo* annos exegisse comperimus. Quum enim *Ioash* *Achazie* legitimi regis filius in Tèplo Dei latitare coactus fuisset sex annos, quibus *Athalia* regnavit super terram, anno *septimomittens Iehoiada* (summus sacerdos, & amita *Ioashi* maritus) *assumpsit centuriones, primores & cursoras, ac ingredi jussit eos ad se in domum Domini: quibuscum pepigit fœdus*: De perenda videlicet *Athalia*, instituendo *Ioasha*, tollenda idololatria & restituendo cultu Dei; quo tempore *Israelitæ* mares conveniebant ex lege, (Exod. XXIII. 17.) ad colendum Deum; quem admodum ad locum hunc, ex 2. Reg. XI. 4. productum, recte annotat *Tremellius*. Cumque adulto jam vere (ut in præcedente capite ostendimus) *Jehu* & *Athalia* regnare inceperint, idemque & primi & septimi eorum anni initium fuisse oporteat: circa 10. mensis 3. diem, vel in septimanæ *Pentecostes* dierum aliquo alio, contigisse ista statuimus. Ubi nec illud prætereundum; in quibusdam editionis Græcæ exemplaribus, & nominatim Romano, *ἐν τῷ 7. μηνί* hic legi, (2. Reg. XI. 4. & 2. Chron. XXIII. 1.) non *ἐν 7. μηνί*, ut in aliis cum Hebraica veritate consentientibus, quod idcirco obiter notandum duxi, ut ratio intelligeretur, quare in *Ensebit Casariensis*, & *Nicephori Constantinopolitani Chronico*, & *Maximi Monachi* computo, *septem Athalia* tribuantur anni, in *Clementis Alexandrini* libro primo *Stromatum*, octo: & *Joaso* puero *ab avia præreptum imperium, post octo fere annos per Sacerdotem & populum depulsa avia redditum*; in priorè factæ suæ Historiæ libro scribat *Severus Sulpicus*.

Samaritani sive Israelitici regni exitus in 2. Reg. XVIII. 9. 10. Sic habetur expositus; *Fuit anno quarto regis Ezechia, is est annus septimus Hosea filii Ela regis Israelis; ut ascendens Salmanasar rex Assyria contra Samariam obsideret eam. Deinde cepit eam in fine tertii anni,*

anno sexto *Ezechia*; is annus erat nonus *Hosea* regis Israelis quo capta fuit *Samaria*. Ex quo colligimus. I. Annos illos commemoratos *Ezechia* atque *Hosea*, & completos fuisse, & æqualiter fere sibi invicem respondisse: alioqui ad finem tertii anni producta non fuisset obsequio. II. Quum regnum cæpisse dicatur *Ezechias*, anno tertio *Hosea* (2. Reg. XVIII. 1.) de anno illo desinente id intelligendum esse. Aliter enim *Ezechia* 4. *Hosea* 7. & illius 6. hujus 9. nequaquam respondisse. Unde & *Josephus* lib. 9. *Antiquit. cap. XIII. quarto* anno regni *Osee Ezechiam* Hierosolymis regnum adeptum, & in sequente capite, *septimo Ezechia* Samariam captam fuisse scribit; annos illos inchoatos, pro tertio & sexto desinentibus, in Scriptura expressis, substituens.

Integræ vero annorum summæ regibus Judæ & Israelis adscriptorum, longe major in hac quam superiore Periodo apparet inæqualitas. Hoc enim modo eorum annos sacra numerat *Historia*.

JUDÆ.	ISRAELIS.
VII. <i>Athalia</i> , ann. 6.	X. <i>Jehu</i> , ann. 28.
VIII. <i>Ioash</i> , 40.	XI. <i>Jehoachaz</i> , 17.
IX. <i>Amasias</i> , 29.	XII. <i>Joas</i> , 16.
X. <i>Uzzias</i> , sive <i>Azarias</i> , 32.	XIII. <i>Ieroboam</i> , II. 41.
XI. <i>Ioatham</i> , 16.	XIV. <i>Zacharias</i> , mens. 6.
XII. <i>Achaz</i> , 16.	XV. <i>Shallum</i> , mens. 1.
XIII. <i>Ezechias</i> , 6.	XVI. <i>Menachem</i> , annos 10.
	XVII. <i>Pekahjab</i> , 20.
	XVIII. <i>Pekah Remalia</i> F. 20.
	XIX. <i>Hosea</i> , 9.

Summa annorum Regum Judæ 161, Israelis 143, annorum est & mensium 7, unde annorum 21. & mensium 5, inter horum Regum spatia, quæ æqualia esse debebant, exurgit differentia. Ad quam tollendam ex libro regum Secundo, (quem quartum alii nominant) ejusmodi utrumque formari poterit comparatio.

JUDÆ.	ISRAELIS.
<i>Athalia</i> , an. 6. (2. Reg. XI. 3. 4.)	1 <i>Jehu</i> , an. 28. (2. Reg. X. 36.)
	2 2
	3 3
	4 4
	5 5
	6 6
<i>Joash</i> , ann. 40. incipiens 7. <i>Jehu</i> . (cap. XII. 1.)	1 7
	2 8
	3 9
	&c. &c.
	21 27
	22 28
	23 1 <i>Jehoachaz</i> , ann. 17. incipiens 23. <i>Joashi</i> , (c. XIII. 1.)

Vid. LXX. MS. & Aldin. A. 2. mens. Cæsar. Jordan. Cæs. fiodor.

Vid. Palud. pag. 106. 107.

JUDÆ.	ISRAELIS.	JUDÆ.	ISRAELIS.
24	2		* <i>Menachem</i> , mens.
25	3		11. ( deinde regno à
&c.	&c.		Pule Assyriorum re-
35	13		ge cōfirmato quies
36	14		ann. 10. à 39. <i>Az-</i>
37	15		<i>ria</i> , (c. XV. 17.) de-
38	16 1. <i>Ioash</i> , ann. 16.	40	1 finente.
39	17 2. incipiens 37. 38.	41	2
<i>Amasias</i> , an. 29. 1. 40	3 <i>Joashi</i> regis ( cap.	42	3
incipiens 2. <i>Ioas-</i>	XIII. 10. ) definen-	43	4
<i>hin</i> ( c. XV. 1. 2. )	te sc.	44	5
regis Israelis def-		45	6
nente sc.		46	7
2	4	47	8
3	5	48	9
4	6 1. <i>Jerobeam</i> II à pa-	49	10
	tre <i>Joas</i> ad bellum	50	1 <i>Pekab</i> , ann. 2. in-
	Syriacū profecturo,		icipiens 50. <i>Azaria</i> ,
	in regni consortium		( c. XV. 23. )
	assumptus fuisse vi-	51	2
	detur.	52	1 <i>Pekab</i> , ann. 20. in-
5	7 II.		icipiens 52. <i>Azaria</i> ,
6	8 III.		( c. XV. 27. )
7	9 IV.		
8	10 V.	<i>Jorham</i> , ann. 16. in-	1
9	11 VI.	icipiens 2. <i>Pekab</i> , ( c.	2
10	12 VII.	XV. 32. 33. )	3
11	13 VIII.		4
12	14 IX.		5
13	15 X.		6
14	16 XI.		7
15	1. XII. <i>Jeroboam</i> II.		8
	ann. 41. incipiens		9
	15. <i>Amasia</i> ( cap.		10
	XIV. 23. )		11
16	2. XIII.		12
17	3. XIV.		13
&c.	&c.		14
28	14. XXV,		15
29	15 XXVI.		16
<i>Vzzias</i> , five <i>Aza-</i>	16 XXVII.		17
<i>rias</i> , ann. 52. inci-		<i>Achaz</i> , ann. 16. in-	18
piens 27 <i>Jeroboami</i>		icipiens 17. <i>Pekab</i> ,	
( c. XV. 1. 2. )		( c. XVI. 1. 2. ) de-	
2	17. XXVIII.	finente.	2
3	18. XXIX.		19
&c.	&c.		20
25	40. LI.		1 * <i>Hofea</i> , ann. 20.
26	41. LII.		<i>Jorham</i> , ( c. XV. 30. )
27	1. * Interregnum ann.		id est <i>A. Achazi</i> , oc-
	11. mens. 6.		ciso <i>Peka</i> regnum
28	2		occupavit, sed va-
29	3		riis seditionibus ob-
30	4		ortis, res ad 9. an-
31	5		norum quasi inter-
32	6		regnum redacta est.
33	7		
34	8		5
35	9		6
36	10		7
37	11		8
38	12 <i>Zacharias</i> , mens. 6.		9
	<i>Azaria</i> 38. ( c. XV.		10
	8. )		11
39	<i>Shallum</i> , mens. 1 <i>Vz-</i>		12
	<i>zia</i> 39. ( c. XVI. 13. )		13
			1 Idem, domesticis

JUDÆ.	ISRAELIS.
	turbis demum pacatis, ann. 9. à 12. Achazi (c. XVII. 1.)
	definente sc.
	14 2
	15 3
Ezechias, an. 29. 1. 16	4
incipiens 3. Hosea, (c. XVIII. 1. 2.)	
definente.	2 5
	3 6
	4 7
	5 8
	6 9

Quà in parte successiōnis regum Israelis inferendi sint anni illi, qui ad eam cum regum Judæ temporibus exæquandam necessario requiruntur, ex vestigijs in sacro contextu relictis non difficile fuerit conijcere. Quum enim ab anno 15. Amazie regis Judæ Jeroboamus II. Israeliticus annos 41. (2. Reg. XIV. 23.) & post eum filius Zacharias mens. 6. ann. 38. Azaria sive Vzzia, deinde Shallum mensum 1. anno ejusdem Vzzie 39. (cap. XV. 8. 13.) regnasse scribatur; ut ista possint consistere interregni annorum 11. & mensium 6. interpositio efficiet: si post mortem Jeroboami varijs turbis & seditionibus Rempublicam Israeliticam tanto temporis spatio ad avaydas fuisse redactam admittamus.

Alii tamen, & inter eos, ab anno Vzzie 39. Menachem ann. 10. in Israele regnavisse dicitur; & post eum Pekah annos 2. ab anno 50. Azaria sive Vzzia, succedente illi Pekah, anno ejusdem Azaria 52. (cap. XV. 17. 23. 27.) Quæ rectè omnia se habebunt: si Menachemum anno 39. Azaria regnum, dubiè (ut dictum est) mens. 11. tenuisse; sub finem vero illius anni, à Pule Assyrio regno ipsi confirmato. (c. XV. 19.) per annos deinceps 10. pacatè & quietè illud possedisse, admittamus.

Postremus vero Israelitarum rex Hosea, primo quidem, cæso Pekah Remalia filio, anno 20. Jothami filii Vzzie, illius loco regnavisse dicitur. 2. Reg. XV. 30. id est, 4. anno Achazi filii Jothami. Sed quia Achazi nullam adhuc mentionem Historiæ sacræ scriptor fecerat; à regno cæpto Jothami temporis notationem deducendam esse censuit; licet annis non amplius 16. eum regnavisse, tertio statim post hunc versiculo, commonefaciendum lectorem idem curaverit, (c. XV. 31.) Deinde vero, in XVII. capituli principio subdit ipse idem; anno duodecimo Achazi regis Iudæ regnavisse Hoseam filium Ela Samaria super Israhel nonem annis. Quod quidem dupliciter potest accipi: ut vel à primo suo exordio usque ad illud tempus novem annis (vel novo anno, ut Tremellius reddidit) ille regnaverit; vel ab illo tempore, usque ad ipsius simul & regni Israelitici exitum. Horum enim utrumque verum est. Nam & ab anno 20. ex quo regnare cæperat Jothamus, usque ad finem anni 12. Achazi, anni numerantur novem; qui ad temporum utriusque regni cœquationem perficiendam desiderantur; &

à fine 12. Achazi usque ad finem Hosea, totidem alij; quos annorum Ezechia synchronismus necessario postulat. Matthæus Beroaldus, Hoseam primis suis annis tributarii regis Assyrii Salmanafaris nec vere Regem fuisse existimat: excusso vero jugo regis Assyrii, quod tum sui juris esset, dici regnare cœpisse, anno 12. regis Achazi. Contra Tremellius, Brochtonus, & alij, duplex regni Hosea initium ita potius distinguendum censent: ut prius meri & liberi fuerit imperij; posterius tributarii à fine 12. anni Achazi, quo Salmanafari servus factus fuerit, deductum. At si series sacri contextus, 2. Reg. XVII. 1. 2. 3. attentius consideretur, non modo post prius, sed etiam post posterius hoc principium, Hoseam Salmanafari factum fuisse tributarium patefaciet: nostro quoque temporum Assyriacorum calculo consentiente, qui post utrumque Hosea principium Nino juniori, sive Tiglarb-pileseri Salmanafarū regno successisse statuit. Ut igitur Jeroboamo II. defuncto, filius ejus Zacharias pro eo regnavisse dicitur. (2. Reg. XIV. 29.) quia regnum illi tum jure hæreditario, tum ex Dei promissione. (2. Reg. X. cum XV. 12.) debebatur; licet, turbis & seditionibus intervenientibus, ante annum 12. illud possidere non poterat: ita Pekah interempto, Hosea pro eo regnavisse legitur, quia regnum, tunc occupare ille conatus est; licet alijs cum eo de principatu (qui nihil ad eum attinebat) contra dicentibus, & ad anarchiam Respublica perducta, nisi post novem annos domesticis turbis sedatis regno demum pacifice potitus ille fuerit, quæ etiam de interregno hic admittendo, tum aliorum, tum Petri Trecentis, tum Laur. Codomani, fuit sententia.

Ad hoc vero posterius principium habito respectu, quum anno Hosea 3. definente (ut ostensum est) Ezechias regnare cœperit, nisi simul & à definente 17. Pekah Israelitici, annos Achazi, & à 12. Achazi initium hoc Hosea deducemus; sequeretur, vel 10. annis posteriorem hunc Hosea duravisse principatum, vel ex 16. qui Achazo tribuuntur annis 14. tantum pro Chronologicis esse habendos, quorum prius à nullis recipitur (quia 9. tantum annos Hosea huic regno scriptura 2. Reg. XVII. 1. attribuit); posterius à Tremellio & alijs compluribus admittitur; vel (cum Broughtono & Petavio) primum Achazi annum patri postremum filio communem facientibus, vel (cum Beroaldo) & duos primos Ezechia annos una cum patre Achazo exactos fuisse arbitrantibus.

Duos vero simul annos cum patre non transegisse Ezechiam, & ne unum quidem integrum, illud argumentum fuerit; quod anno primo regni sui, mense primo, aperuisse fores domus Domini ille dicatur. (2. Chronic. XXIX. 1.) quas pater primus occluserat, (cap. XXVIII. 24.) unde liquet, impio patre jam defuncto, Dei cultum restituere cœpisse Ezechiam, anno primo regni sui (cujus partem primam cum patre exegerat) ad finem jam vergente. Quod non animadvertentes alij, & inter eos vulgatz

Vid. Codpm.

Vid. Harvillæum.



Vid. 70. Chal. &amp; Syr.

Latina Bibliorum interpretationis auctor, primo anno & primo mense regni sui, Ezechiam Templum aperuisse crediderunt; in eundem cum illis incidentem errorem, qui anno sexcentesimo vitæ Noachi mense 2. die mensis 17. diluvium cœpisse. (Genes. VII. 11.) & secundo die 2. mensis in 4. anno regni Salomonis jacta Templi fuisse fundamenta. (2. Chronic. III. 2.) legentes; mensuram 2. vel Noachi, vel regni Salomonis fuisse sunt opinati; quum currentis anni, qui tunc in Communi usu fuerat secundus ille extiterit. Ut igitur mensis ille secundus, in Diluvii quidem historia *Bul*, sive *Marbesuan*, in structura templi *Zir*, sive *Ijar*, fuit; ita & *Abib* sive *Nisan* est primus intelligendus tum hic, tum in narrationis progressu, ubi, jussu Ezechia sacerdotes Templum sanctificare cœpisse dicuntur primo die mensis primi; (2. Chron. XXIX. 17.) non utique eodem die quo rex constitutus est ille. (ut ad eum locum Tremellius annotavit) sed post 9. demum menses patre jam vita functo, qui profanationis Templi præcipuus auctor fuerat.

Quod si rationem quoque ad extremum quis à nobis poscat; cur Joasi regis Israelis initium in fine 37. anni Joasi regis Judæ, itidemque Amasie regis Judæ principium in exitu secundi anni Joasi regis Israelis reposuerimus: sciat is, duo nos inde simul esse consecutos: & ut justum 15. annorum inter mortem Joasi Israelitici & Amasie, bis in scriptura commemoratum. (2. Reg. XIV. 17. & 2. Chronic. XXV. 25.) reperiretur spatium; Et ut ab eodem 17. anno, ex 2. Reg. XIII. 10. Israelitici Joasi, biennio simul cum patre regnantis 16. anni diminuerentur: quum anno quidem illo 17. regni paterni participem factum illum fuisse; Lydiaus noster agnoscat; sed annos tamen ipsius 16. à morte patris deducendos esse censcat. Ut tandem concludere liceat; Regibus hujus Periodi Chronologicis annos 163. esse tribuendos: eorum initiis ad annos Mundi hunc in modum adaptatis.

Vid. Seder. olim Rabba.

Vid. Hap. vil. Petar (in magno opere.)

## JUDÆ.

A. M.
3120. <i>Athalia</i> , ann. 6.
3126 <i>Joash</i> , 39.
3165. <i>Amasias</i> , 59.
3194. <i>Vzrias</i> , sive <i>Azarias</i> , 52.
3246. <i>Jothan</i> , 16.
3262. <i>Achaz</i> , 15.
3277. <i>Ezechias</i> , 6.
3283. Regnum Israeliticum finitum.

## ISRAELIS.

A. M.
3120. (circa mensis 3. diem 10.) <i>Jehu</i> , annos 28.
3148. <i>Jeboasbas</i> , 15.
3163. <i>Joash</i> , 16.
3179. <i>Jeroboam</i> , II. 41.
3220. Interregnum, ann. 11. mens. 6.
3232. (circa mensis 9. diem 10.) <i>Zacharias</i> , mens. 6.
3232. (circa mensis 3. diem 10.) <i>Sballum</i> , mens. 1.
3232. (circa mensis 4. diem 10.) <i>Menachem</i> , ann. 10. mens. 11.
3243. (circa mensis 3. diem 10.) <i>Pekabja</i> , ann. 2.

## JUDÆ.

## ISRAELIS.

3245. <i>Pekab</i> , 20.
3265. <i>Hofea</i> , in statu rerum turbulento, instat interregni annis 9. & domesticis seditionibus demum sublatis, annis 9. aliis.
3283. (circa mensis 3. diem 10.) Regnum Israeliticum finitum.

Primarius tamen adhuc restat scrupulus, qui interpretes & Chronologos nostros tantopere exercuit. Cum enim juxta rationes propositas anno 16. *Jeroboami II. Vzrias* sive *Azarias* in Juda regnare cœperit: in (2. Reg. XV. 1. ad 27. *Jeroboami* annum, initium ejus referri videtur. Licet ad tempus quo lepra percussus ille fuit, referat Tremellius: intermediis illis longa satis parenthesi sic inclusis. Anno viceimo septimo *Jeroboami* regis Israelis, regnabat *Hazaria* filius *Amatzia*, rex *Jehuda*: (natus fuerat annos sexdecim quum regnare inciperet, & quinquaginta duobus annis regnavit *Jerusalaimis*; cujus matris nomen *Jecolia* è *Jerusalaimis*: Federat. que quod rectum videtur in oculis *Jehova*, omnino prout fecerat *Amatzia* pater ejus: Sed excelsa non amota fuerant; adhuc populus sacrificabant & adolebant in excelsis.) Quum plaga afflicta *Jehova* regem, qua fuit leprosus usque ad diem mortis sue ideoque habitabat in domo semota; *Joatham* vero filius regis præter domum, jus dicens populo regionis. Et quia nondum natum fuisse *Joathamum*, ex versic. 33. sequente appareat: eum quoque distinctione interposita, ita explicandum censuit, *Natus viginti quinque annos, quum regnare inciperet*. i. Quum regni administrationem inivit propter lepram patris: & sexdecim annis regnavit, à morte patris.

Alii minore textui adhibita violentia, annorum undecim (quot inter 16. & 27. *Jeroboami* decurrerunt) inter regnum *Amasie* & *Vzria* interpositione, ista conciliant Et cum ea ratione totidem annis augeatur differentia annorum regis Judæ supra annos regum Israelis in Scriptura notatos, ad exæquationem refarciendam, undecim quoque annos ad interregnum in regno Israelitico positum coguntur adicere; *amzias* inter *Jeroboamum* II. & filium ejus *Zachariam* 22. annorum constituta. Quod minus necessarium sacre Chronologiae augmentum admittente nolentes alii, ubi Scriptura refert, *Vzriam* sive *Azariam* 16. annos natum regnare cœpisse, & 52. annos regnavisse; ita ut 68. annos in universum vixisse videretur (unde & *Josephus*, libro IX. Antiquit. cap. XI. anno atatis 68. regni 52. obiisse illum tradidit.) 52. quidem regni annos à morte patris *Amasie* deducunt, sed infantem vix 4. annorum tunc relictum fuisse eum supponentes, per 12. ferè annos à Tutoribus regnum administratum fuisse volunt; donec 27. *Jeroboami* Israelitici anno 16. ætatis annum affectus, per annos deinceps 36. propria autoritate ipse regnum gubernaverit 56. demum ætatis anno vitæ functus.

Reliquum

Reliquum jam est ætatis 5. membrum postremum, à fine regni Israelitici ad finem regni Judaici, annorum 135. & mensium fere 2 mensura definitum; quatinus anni regum Judæ, simul cum annis Mundi, hic subjeçta ita conficiunt.

- A. M. 3285. (circa mensis 3. diem 10.) *Ezechiâs*, post excidium regni Israelitici, regnavit in Judæa annos 23.
- 3306. XIV. *Manasses*, ann. 55. (2. Reg. XXI. 1. 2. Chron. XXXIII. 1.)
- 3361. XV. *Amon*, ann. 2. (2. Reg. XXI. 19. 2. Chron. XXXIII. 21.)
- 3363. XVI. *Josias*, ann. 31. (2. Reg. XXII. 1. 2. Chron. XXXIV. 1.)
- 3394. XVII. *Jeochaz*, mensib. 3. (2. Reg. XXIII. 31. 2. Chron. XXXVII. 2.)
- 3394. XVIII. (circa 6. mensis diem 10.) *Eliachim*, qui & *Iehojachim*, ann. 11. (2. Reg. XXIII. 36. 2. Chron. XXXVI. 5. (pro quibus, annos 10. menses 6. & dies 15. sumimus.
- 3405. XIX. (circa mensis 12. diem 25.) *Iehojachim*, sive *Iechonias*, mens. 3. (2. Reg. XXIV. 8.) dieb. 10. 2. Chr. XXXVI. 9.)
- 3405. XX. (mensis 4. die. 10.) *Sedechias*, ann. 11. (2. Reg. XXIV. 18. 2. Chron. XXXVI. 11. Jerem. LII. 1.)
- 3416. (mensis 4. die. 10. Templi *Salomonici* & urbis Hierosolymitanæ excidium; (Jerem. LII. 12. 13.) post capium *Sedechiam* mense integro.

Nonnulla, sed rariora, Græcæ Bibliorum editionis exemplaria ab Hebraica veritate alicubi hic dissensisse deprehensa sunt. Atque hinc in Chronico suo *Eusebius*, 12. annos *Amoni* tribuit. LXX. interpretum testimonio ad illud confirmandum sic producto. Ἄμωνα ἑβραίων ἔτι β' τοῦ ο' ἐστὶν ἱβ. καὶ β' τοῦ β' ἑβραίων ἐστὶν β'. *Amon* secundum LXX. Sciorum interpretationem XII. annos regnavit; secundum Hebræos, annis duobus, de quo *Georgius Synellus*, satis immodeste. τὸν Ἄμωνα ἔτι β' ἑβραίων ἔτι β' ἑβραίων καὶ τὸ ο' ἑβραίων δὲ. *Amon* filium *Manassis* 12. annos secundum LXX. regnavisse dicit *Eusebius*; sed mentitur: quum dicendum potius fuisset; in editione Vulgata, quæ *Καὶ* vocabatur, annos 2. in ea vero quam ex Alexandrina Bibliotheca Hexaplis suis inseruit *Origenes*; & ut puram τὸ ο' amplexatus est *Eusebius*, annos 12. fuisse positos.

*Severus Sulpitius*, in priore sacræ suæ Historiæ libro communem editionem secutus, *Amonem* ultra biennium regno potius fuisse negat; verum, mendoso usus codice, filium ejus *Josiam* annos 1. & XX. regnavisse affirmat; post triennium fere, à Paschate octavo & decimo imperii anno celebrato, interemptum. In edita, *Nicæphori* Constantinopolitani Chronologia, *Amoni* ἔτι β. adscribuntur; cum in Londinensi Bibliothecæ MS. β. tantum legatur. Quod vero ibidem deinde sequitur, post XXXI. *Josia* annos (pro quibus XXXII. perperam posuit *Eusebius*) Interregnum ann. XXX. secundum Septuaginta interpretes, vel VIII. (sive L. ut

in Londinensi habetur codice) secundum Hebraicum: plane commentitium est. Eiusmodi enim *ἀμωγος* neque in Græcis, neque in Hebraicis ullum omnino extat vestigium; & ne ulla omnino anni alicujus interpositione sacri hic calculi violari possit *Ieremia* Prophetæ prohibet autoritas qui 4. *Iehoiachimi* annum, ministerii sui 13. *Josie* anno capti 23. esse diserte asserit. (Jerem. XXV. 1. 3.) Chronographo qui anno 13. *Alexandri Severi* scripsit *Amoni* adscripti leguntur anni 2. & *Ezechiâ* 25. verum librarii esse mendum locus ille ejusdem authoris evincit, in quo, post *Ezechiâ*, *Josias* annis CXIV. Pascha celebravisse dicitur. Quod consistere non posset: nisi & *Amoni* 12. tribuerentur anni, juxta LXX. ab *Eusebio* citatos; & *Ezechiâ* 29. juxta eisdem cum Hebraica veritate consentientes 2. Reg. XVIII. 2. & 2. Chr. XXI. 1.

Ut autem à 29. illius annis deducti 6. integri, quos ante eversum regnum Israeliticum exegisse illum ostendimus 23. relinquunt ad hujus intervalli exordium referendos, ita ab anni tempestate, qua & 7. & reliquos regni sui annos ille inchoavit, quatuor ipsum subsequenti Regum initia omnino dependent. Cum enim tempora eorum in Scriptura simpliciter exhibeantur, non (ut in regno Judæ & Israelis hæcenus factum fuerat) cum aliorum regum initiis comparata: relictum nullum est argumentum, cujus ductu ab annis propositis menses aliquos (sine temeritatis nota) liceat nobis subducere, indeque regum initia in alias atque alias anni partes tumovere. Ut si à mensis primi die primo, verbi gratia, *Ezechiâ* annos deducamus: subidem quoque tempus *Josiam* regnare cœpisse dicamus necesse est; nisi interpositos *Manassis* 55. & *Amonis* binos annos, propria autoritate, vel augere libeat, vel diminuere. *Michael Paludanus* tamen qui cum vulgato interprete Latino, priorem recipit hypothelin, ab eodem primo mense *Josia* annos accedendos esse jure pernegat: Quandoquidem magnam partem anni ejus 18. in Templi instauratione, idololatriæ exterminatione, & legitimi Dei cultus restitutione, transactam fuisse constat, ante Pascha 14. primi mensis die, in eodem 18. anno, celebratum (2. Reg. XXII. 3. ad XXIII. 23. & 2. Chronic. XXXIV. 8. ad XXXV. 19.) quum nostra sententia, quæ annos *Josia* pariter & *Ezechiâ* circa 10. mensis 3. diem inchoat, & versus finem anni primi *Ezechiâ* unum, & versus finem 18. *Josia* alterum Pascha promovendum esse postulet.

Cum trium vero postremorum regum Judæ temporibus habemus annos *Nebuchadnesaris* Babylonii in Scriptura comparatos; quorum collatio nos docebit *Iehojachimum* non integros annos undecim, sed supra annos, 10. menses circiter 6. cum dimidio in regno exegisse; adeoque *Iehojachimum* circa 6. mensis diem 10. & ante tres menses *Iehoachazum* ipsius fratrem circa 3. mensis diem eundem regna sua iniisse. Unde veritas quoque hypotheseos nostræ patebit; quæ 31. annorum *Josia* tam principium quam exitum circa mensis 3. diem

Tomo 1. Antiquo. lect. H. Cassini, pag. 595.

4. pag. 177. & 179. & pag. 211. (unde reponeada hic illius verba.)

Vid. edit. Radert.

10. collocandum esse statuit. Quod ut plenius percipiatur, rerum ad hos tres reges spectantium tempora sequentibus thesibus explicanda esse duximus.

## I.

*Initium regni Sedechie deducendum est à 10. die 4. mensis; iustis undecim annis ante captivitatem ejusdem Sedechie, & unico mense Salomonici Templi excidium; quod in 10. diem 5. mensis incidit.*

**P**rophetavisse *Jeremias* dicitur, donec absolute veretur undecimus annus *Sedechie* filii *Iosia* regis *Jude*, & donec deportaretur *Hierosolyma* mense quinto (*Jerem. I. 3.*) Anno vero undecimo *Sedechie*, 4. mensis die 9. perrupta civitate & à *Babyloniis* occupata, noctu rex aufugiens ab insequentibus *Chalæorum* copiis in castris *Ferichuntis* captus est. (*Jer. XXXIX. 2. 5. & LII. 4. 9.*) Sequentis deinde mensis 5. die 10. Templo & Urbe destructis, in captivitatem *Hierosolymitani* sunt abducti. (*Jerem. LII. 12. & 15.*) Ex quibus inter se collatis, colligimus; & undecimum *Sedechie* annum fuisse completum, (non X tantum solidis annis illum regnavisse; ut asserit *Scaliger*) & inter captivitatem illius & templi conflagrationem mensis spatium intercessisse: atque quod inde est confectarium, circa 4. mensis diem 10. regnare eum cepisse. Ubi enim de fine constat, de initio dubitari non potest: quum in anni circulo principium & finem communi contineri termino nemo ignoret. Cumque inter captum *Sedechiam* absoluto anno regni sui undecimo, & deportatum populum integer mensis (ut dictum) fuerit interpositus: et in *doctrina* *ira* *ris* *Sedechie* *ba* *rius*, duodecimo anno regni *Sedechie* calamitatem illam accidisse, in libro primo *Stromatum* *Clemens Alexandrinus*, retulit, rectius quam *Josephus* Templum incensum fuisse scribens anno regni *Sedechie* undecimo; (*libro X. Antiquit. cap. XI.*) quum ante mensem is captus annum regni sui undecimum compleverit.

## II.

*Obsidio Hierosolymitana capta anno Sedechie 9. mensis 10. die 10. & interruptu exercitus Pharaonis postea interrupta redintegrata est anno Sedechie 10. mensis 3. die 15. & per dies 390. usque ad captam Urbem continuata: Ita ut ab obsidionis primo principio usque ad captam urbem in fine anni 11. Sedechie, mensis 4. die 9. mensium 30. usque ad eandem incensam mensis 5. die 10. mensium 31. spatium intercesserit.*

**A**nno 9. *Sedechie*, mensis 10. die 10. *Nebuchadnesarem* *Hierosolymam* obsidere cepisse, ex 2. *Reg. XXV. 1. Jerem. LII. 4. & Ezech. XXIV. 1. 2. &*, *Pharaonis* exercitu adventante recessisse, & *Jerem. XXXVII. 5. 11. & XXXIV. 21. 22.* intelligimus. Anno 10. mensis 10. die 12. contra *Pharaonem* & *Aegyptios*

prophetavit *Ezechiel*; quod fuissent *basilus arundineus domus Israelis* (*Ezech. XXIX. 1. 6.*) *Pharaonis* enim exercitu re infecta domum reverso; ad Urbis oppugnationem denuo *Chaldæi* redierunt; prout à *Jeremia* prædictum fuerat. (*Jerem. XXXVII. 7. 8.*) ann. eodem *Sedechie* 10. qui *Nabuchad nesaris* sive *Nebuchadnesaris* fuit 18. (*cap. XXXII. 1. 2.*) Ut, quum in fine anni 11. *Sedechia* à *Babyloniis* *Hierosolyma* occupata fuerit; (ut in priorè *Thesi* est ostensum:) ultra annum obsidionem hanc posteriorem continuatam fuisse appareat, nec supra dies 25. tamen: quantum ex *Ezechiel. IV. 5. 8.* colligere possumus; ubi in typo, dies 390. obsidioni *Hierosolymitanæ* assignatos invenimus. Qui ab anno 11. *Sedechie*, mensis 4. die 9. quo Urbs perrupta fuit, (*Jerem. XXXIX. 2.*) retro numerati, ad mensis 3. diem 15. in anno *Sedechie* 10. nos perducunt: quod redintegratæ obsidionis statuitur à nobis initium. Unde error detegitur, tum *Fl. Josephi*, libro X. *Antiquit. cap. 10. & 11.* (*edit. Græc.*) qui non solum secundam hanc obsidionem 9. *Sedechie* anno & mensis 10. die 10. eodem quo nos primam, incepisse affirmat; sed etiam inde usque ad captam urbem anno *Sedechie* 11. mensis 4. die 9. mensis tantum 18. (pro 30.) bis dinumerat: tum *Severi Sulpicii*, qui in *Sacræ sive historici* libro priorè, triennio, duravisse obsidionem significat; quanto tempore *Samariam*, ante regni *Israelitici* excidium, à *Salmeneiro Assyrio* fuisse obsessam, ex sacris literis (*2. Reg. XVII. 5.*) didicimus. Neque audiendus hic *Johannes Drusus*; qui pro triennio in *Sulpitio*, biennio fere rescribendum esse pronunciat: quum supra biennium etiam anni dimidium, uno die minus, à capta primam obsidione usque ad civitatem ab hostibus occupatam, accuratior noster calculus hic exhibet.

## III.

*Circa mensis 4. diem 5. facta est Iechonia deportatio 5. circiter ante regni Sedechie initium diebus.*

**A**nno à deportatione regis *Josacini* sive *Iechonia* quinto, mensis quarti die quinto, *Ezechielis* Prophetæ omnium prima exhibitæ est visio. (*cap. I. 1. 2.*) Post quam, cum apud populares suos deportatos toto septiduo, quasi stupore quodam percussus desedisset; (*cap. II. 15. 16.*) continuus 390. dierum in publico omnium conspectu, cubatus à Deo illi imperatus est. (*cap. IV. 4. 5.*) Exacto deinde anno uno & mensibus duobus, post primam, sedenti domi suæ cum senioribus *Judæ*, nova ostensa est visio; anno deportati *Iechonia* sexto, mensis sexti die quinto (*cap. VIII. 1.*) A. 197. deducta dierum 365. quantitate annua relinquuntur dies 32. ut intervallo, inter utramque visionem interposito complendo, spatium unico mense minus hic tantum desit. Unde concludimus, circa ipsum ann. 5. captivitatis *Iechonia* visionem primam esse factam: ac proinde circa quintum mensis quarti diem captivitatem illam

incepit

\* Scaliger.  
Animadv. verif.  
Euseb. pag.  
80. & Canon  
Iligos. pag.  
347.

incipisse. In illo ipso vero quinto die potius quam in anteriorum aliquo ejus epocham ideo statuendam censemus; quod hac ratione inter eam & regni *Sedechie* initium (quod ad eisdem 4. mensis diem 10. in prima Thesi est relatum) quinque tantum dierum intercedat spatium; neque vero multo longius sacre historię admittat series, quæ abducto in captivitatem *Jechonia*, *Nebuchadnesarem* ante discessum suum loco ipsius patrum *Sedechiam* regem constituisse indicat. (2. Reg. XXIV. 15, 17.)

IV.

*Finis regni Jehojachimi, & initium filii ejus Jehojachinis sive Jechonia, circa mensis 12. diem 25. sunt reponenda.*

**I**N Hebraica Bibliothę editione pater יהויכין filius יהויכין in Græca prior Ιωακίμ posterior Ιωακίμ, indeque *Josepho* alter Ιωακίμ, alter Ιωακίμ, est appellatus. Sed lenis & aspirata literæ discrimine postea neglecto, ut uterque communi nomine Ιωακίμ vel Ιωακίμ nuncuparetur, usu tandem est receptum. Unde in libro primo sacre historię, *Severus Sulpitius*, *Joachim exactis in regno annis undecim, filio ejusdem nominis locum fecisse* scribit: & qui in textu sacro *Jehojachim*. (2. Reg. XXIV. 6. 8. 2. Chronic. XXXVI. 8.) *Coniab*, (Jer. XXII. 24. 18. XXVII. 1.) & *Jechoniah*. (1. Chron. 3. 16. Jerem. XXIX. 2. nominatur, *Theophilo Antiocheno* Ιωακίμ ἑσπέρ, *Clementi Alexandrino* patri ὁ ἑσπέρων Ιωακίμ appellatur. *Ambrosius* libro tertio *Commentar. in Luc. caput 3.* & *Fastorum Siculorum* author, utrumque & *Joachim* & *Jechoniam* dictum fuisse voluit. In Paschali tractatu, quem ineditum habeo, anno quinto *Gordiani*, *Ariano* & *Papo Consulibus*, id est, anno æræ Christianę CCXLIII. conscripto; regnavisse traditur *Joachim annis XI. item Joachim filius eius, qui & Jechonia dictus est, diebus centum*: quod sane rectum est. Postis enim mensibus *ἑκατόν τεσσαράκοντα* (Lunares enim, alternis plenos & cavos, è Babylonia demum reduces, una cum Chaldaicis mensium nominibus, Judæi in terram suam induxerunt) dies centum menses constituunt tres & dies decem: quot in sacra historia. 2. Chronic. XXXVI. 9. *Jechonia* regno adscriptis legimus. Quia mensis quarti, die quinto, (quo captivum eum abductum fuisse in præcedente Thesi declaravimus) in 12. mensis diem 25. recidunt: circa quem & cœpisse ipsum, & patrem *Jehojachimum* regnare desiisse, in præsentī Thesi asseruimus.

V.

*Circa 6. mensis diem 10. Jehojachimus regnum inii: quod non integris undecim annis obit, sed annis decem mensibus 6. & diebus 15. circiter. Sub finem vero anni illius tertii, circa 5. mensis diem 15. regnare capit Nebuchadnesar, ante templi conflagrationem annis 19. quinque circiter diebus minus.*

**A**Nno tertio *Jehojachimi* regis Judæ, ascendisse *Nebuchadnesarem* Regem Babyloniæ, contra Hierosolymam, in ipso libri *Danielis* initio; & primū hujus esse quartum illius, in principio cap. XXV *Jeremia* legimus. Unde, incidisse primū *Nebuchadnesaris* annum in desinentem annum tertium *Jehojachimi*, & in euntem quartum rectè concludit *Tremellius*. Regnasse dicitur in universum *Jehojachim* annos undecim. (2. Reg. XXIII. 35. 2. Chronic. 36. 5.) & post eum filius ipsius *Jechonias*, antequam deportaretur Babylonem, *menses tres & dies decem*. (2. Chronic. XXXVI. 9.) usque exactis à rege Babyloniæ captus fuisse anno octavo regni sui. (2. Reg. XXIV. 12.) Ex quibus inter se collatis, duo emergunt ista: Annum undecimum *Jehojachimi* non fuisse integrum, necum XII. annos cum Siculorum *Fastorum* auctore & *Nicephoro Patriarcha CP.* esse illi assignandos. Quum enim ante finem anni ipsius tertii regnare *Nebuchadnesar* cœperit, si superfuissent *Jehojachimo* anni adhuc octo integri; nonnum ille ingressus fuisset annum, quo tempore *Jechoniam* patri in regno successorem dedit. At qui quarto postea mense, *Jechonia* capto, octavum, adhuc numeratum fuisse *Nebuchadnesaris* annum, ex 2. Reg. XXIV. 12. manifestum est. II. Inter 25. diem mensis 12. quo *Jechoniam* cœpisse in thesi IV. & 5. mensis 4. quo eundem desiisse, in thesi III. ostendimus, *Jehojachimi* initium collocari non potest; Alias enim *Nebuchadnesar* (cujus annus 1. initium 4. *Jehojachimi* aliquanto tempore præcessit) capto *Jechonia* 9. regni sui similiter egisset annum, in 8. tantum adhuc versatum eum fuisse, ex 2. Reg. XXIV. 12. jam audiverimus. Reliquum igitur est, ut inter mensis 4. diem 5. & mensis 12. diem. 25. regni *Jehojachimi* exordium sit indagandum.

Ex tribus festis in quibus omnes mares coram Domino comparere tenebantur, (Deut. XVI. 16.) *Tabernaculorum* solennitas in hujus temporis spatium incidit: ad quam idcirco, locum illum *Jerem. XXVI. 1. 2.* sine controversia referendum esse judico. *Principio regni Jehojachimi filii Josia regis Juda, fuit verbum hoc à domino dicendo. Sic ait Dominus; Sta in atrio domus Domini, ut eloquaris ad omnes civitates Juda venientes ad incurvandam se in domo Domini, omnia verba qua præcipio te eloqui eis.* Ante festum igitur *tabernaculorum*, in medio 7. mensis celebratum, tempore aliquo inter mensis 4. diem 5. & illud interposito (& quidem ad 7. quam ad 4. mensem propius accedente) principium regni *Jehojachimi* reponendum esse colligo: indidemque diem *jesunij*, quo verba Domini in templo ejus audientibus omnibus Judæis qui eo confluerant ex civitatibus suis è scripto recitare iustus est *Baruc, anno quarto Jehojachimi*, (Jerem. XXXVI. 1. 6.) de solenni illo *jesunio* mensis 7. die 10. lege imperato (Levit. XVI. 29.) quod *Jesunij* nomine *אל יום* (A. Et. XXVII. 9.) significatur, intelligendum esse concludo; non de conceptivo illo, quod anno quinto *Jehojachimi* mense nono, indictum fuisse (eodem cap. XXXVI. 9.) postea legitur. uti *Tremellius* existimat. Si enim sub finem anni quarti (ut ille vult,) datum hoc

fuisse præceptum, & anno quinto, mense nono, executioni mandatum; sequeretur, paulo ante nonum mensem statuum fuisse *Iehojachimi* exordium: quod cum iis quæ superius sunt disputata non potest consistere.

Ut hinc igitur, ante mensis 7. diem 10. ita alio argumento post 5. mensis diem 10. initium *Nebuchadnesaris* & *Iehojachimi* esse querendum; sic ostendo. Annus decimus *Sedechia*, à mensis 4. die 10. (ut 1. Thesis docuit) inchoatus, erat *Nebuchadnesaris* decimus octavus, (Jerem. XXXII. 1.) uno saltem mense post decimum illum *Sedechia* incipiens. Si enim ipso 10. mensis 4. die regnum suum *Nebuchadnesar* cepisset, quando Templum fuit incensum, mensis 5. die 10. (integro post *Sedechiam*, desinente anno regni sui undecimo, captū mense, annum regni sui vicesimum ille fuisset ingressus: At decimum nonum illius adhuc cucurrisset, ex Jer. LII. 12. constat. Unde inter mens. 5. & 7. diem 10. annorum *Nebuchadnesaris* primo deinde & *Iehojachimi*, initium locandum esse, consequitur. Quod cum superius posita descriptione recte convenit; quæ *Iehoaacha* 9. trimestre suum regnum à mensis 3. die 10. inchoanti, *Iehojachimum* 6. mensis, die 10. successisse statuit. Inde ad initium *Iechonia* circa 21. diem 12. mensis collocatum, menses numerantur 6. cum dimidio, quot tantum, supra annos decem, integro *Iehojachimi* regno hypothesis hæc attribuit; ab undecimo illius anno deductis 5. mensibus & unius dimidio. Qui quidem conficiunt; si *Nebuchadnesarem* annum suum primum diebus 25. ante finem tertii anni *Iehojachimi* inchoasse, & ad complementum octavi sui anni, præter 100. dies *Iechonia*, & 5. interregni 35. quoque primos succedentis *Sedechia* dies assumpsisse admiserimus. Qua ratione Natali imperii *Nebuchadnesaris* in medio 5. mensis constituto; & 1. illius annus responsurus est *Iehojachimi* 4. (diebus tantum 25. illo anterior) juxta Jerem. XXV. 1. & 18. anno *Sedechia* 10. (diebus 40. hujus initio posterior) juxta Jerem. XXXII. 1. eruntque ab initio ejus, ad deportationem quidem *Iechonia* (mensis 4. die 5.) anni 7. mensis 10. dies 20. ad Templi vero excidium (mensis 5. die 10.) & captivitatem populi illud subsequutam, anni 19. diebus 5. minus.

## VI.

*Nebuchadnesar*, à vivente patre in consortium regni assumptus, annos 43. post mortem illius imperavit solus; in universum vero, annos 44. menses 7. & dies 10. circiter.

ANNO *Iehojachimi* 3. desinente circa 15. mensis 5. diem, regnare cœpisse *Nebuchadnesarem*; ante deportationem *Iechonia*, mensis 4. die 5. factam, annis 7. mensibus 10. diebus circiter 20. in præcedente Thesis est ostensum. His additi anni 36. menses 8. & dies 20. (qui à deportationem illa, ad annum quo *Evilmerodach* regnare cœpit, effluxerunt) longissimum regni *Nebuchadnesaris* tempus exhibebunt, annorum 44. mensium 7. & dierum 10.

circiter. Filius enim & successor ipsius proximus *Evilmerodach* ad regiam dignitatem in aula sua *Iechonia* evexisse fertur, anno à deportatione ipsius 37. mensis 12. die mensis 25. eodem quo regnare cœpit anno. (Jerem. LII. 31. 32.) qui quidem 25. dies Imperii videtur fuisse Natalis; quo de evehendo *Iechonia* cōsiliū ille inivit; quum ipsum evectionis diem 27. ejusdem 12. mensis ex 2. Reg. XXV. 27. fuisse appareat.

*Berosus* quidem in 3. Chaldaicæ suæ historię libro *Iosephum* libro X. Antiquit. cap. 11. Col. 12. & *Ptolemaus* in Regum Babylonicorum Canone 43. tantum annos *Nebuchadnesari* tribuunt, sed à morte patris numeratos; quum in *Jeremia* & sacra Regum historia, ab expeditione ejus in Syriam & Judæam vivente patre suscepta, principatus ejus epocha deducatur. Quo tempore regni paterni factum illum fuisse participem, *Berosus* (apud *Iosephum* libro X. Antiquit. cap. 11. lib. 1. contra *Apionem*) satis aperte significat. A *Nabopolasaro* enim eius exercitu adversus rebelles missus, eorum regionem (ut ille scribit) *καὶ τὴν αὐτὴν* vel *αὐτὴν*: (sic enim in lib. 1. contra *Apionem*, & *Georgii Syncelli* Chronico citata legitur) *καὶ τὴν αὐτὴν*, regno suo subiecit post illius demum obitum *αὐτὴν* & *ἐκείνην* τὴν *πατρὸς αὐτοῦ*, paternum principatum in solidum possit; quem antea scilicet divisum cum patre gesserat. Unde & *Daniel*, licet *Nebuchadnesarem* quum primam adversus Judæos expeditionem susciperet, anno 3. *Iehojachimi*, Regem *Babylonia*, propter regni cum patre tum vivente societatem appellet: (cap. I. 1.) annorum tamen regni numerationem more Chaldæorum apud quos agebat ab obitu patris & mero ipsius imperio deducit; anno illius secundo, somnium ipsius à se expositum significans, cap. II. 1. 31. exactis jam tribus captivitatis suæ annis, quibus privatim in literis & lingua Chaldæorum est institutus, priusquam in Regis aspectum adductus, cap. I. 4. 5. 18. 19. quod nullo modo ad 2. regni annum quod cum patre communicavit; sed ad finem 2. anni monarchiæ sive solitarii regni commo-dissimè referri poterit.

Et recte quidem hoc observavit *Scaliger*, sed vitiosa lectione loci *Berosi* (apud *Iosephum*, lib. 1. contra *Apionem*) deceptus, quæ 29. regni annos pro 21. *Nabopolasaro* tribuit inveniunt anno regni sui 30. & communicati cum filio imperi 13. mortem illum obiisse putavit; ac proinde annum illum, *Nebuchadnesaris* secundum, *Daniel*. II. 1. ab obitu patris numeratum 14. illius in Syria 2. in *Babylonia*, *Sedechia* vero 6. fuisse pronuntiavit *Clemens Alexandrinus* lib. 1. Stromatum, ad *Sedechia* captivitatem *Berosi* historiam referens, anno regni illius 12. (cum enim tum ingressus is fuisset, si liber permanisset) hoc contigisse sensit: quo ratione 19. simul cum patre *Nebuchadnesar* regnavisset annos. *Iosephus* lib. X. Antiquit. cap. XI. eandem historiam ad 23. *Nebuchadnesaris* annum, quo postrema Judæorum facta est deportatio: (Jerem. LII. 30.) referendam esse censuit. Tunc enim cum magnis copiis *Cœlesyriam* eum invasisse scribit, eaque subacta bellum gessisse

contra

contra Ammonitas & Moabitas; & his quoque perdomitis, Egyptum hostiliter ingressum, repertos ibi Judæos rursus captivos Babylonem abduxisse: deinde, post Egypti populationem exacto biennio mirandam illam visionem, Danielis I. I. expositam, objectam illi fuisse subjicit. Cujus etiam hic insitens vestigijs Hieronymus (licet pro Josepho, Berosum ille nominet) visionem hanc anno Nebuchadnesaris 25. factam fuisse ait. Ita vero simul cum patre 23. ille regni annos exegisset; & anno captivitatis Iechonia 15. Egyptus ab eo fuisset occupata: quod tamen ante 27. illius annum non factum, ex Ezech. XLIX. 17. rectissime animadvertit Franciscus Ximenes. Eo igitur Berosi historiam spectare, ille existimans, undecimo ante mortem suam anno Nebuchadnesarem, audito patris obitu & constituta Egypto, Babyloniam repetivisse vult, ut regnum iniret solus; quod per 34. annos hoc admissio calculo, (qui Nabopolassar 54. pro 21. Nebuchadnesari 10. pro 43. assignat annos) simul cum patre jam gefisset. Indeque à vero monarchiz illius initio constituendo tantopere aberrans, duriores illam Tremellii sui interpretationem in Daniele admittere cogitur. Anno secundo, nempe regni Nebuchadnesaris somniavit Nebuchadnesar somnia. Anno secundo ab eo tempore numerato, non quo Nebuchadnesar mortuo patri in imperio successit, sed quo pueri quatuor adducti ad regem steterunt coram eo. (Daniel, I. 18. 19.)

C A P. I.

*Difficultates nonnullæ, ad Nebuchadnesaris, & regum Juda qui sub illius imperio vixerunt, tempora spectantes explicantur: & 70. annorum servitutis Babylonice, per Jeremiam prædictorum, initium à jugo Babylonico, anno 4. Jebojachimi primum à Judæis suscepto, non à posteriorum deportationum aliqua deducendum esse ostenditur.*

**N**ebuchadnesaris & trium postremorū, (qui illius imperio fuerunt obnoxii,) Regum Judæ temporibus ita constitutis, difficultates nonnullæ, ad eadem pertinentes, explicandæ jam veniunt: quarum prima tres illas deportationes spectat, sub finem LII. capitis Jeremiæ, hunc in modum commemoratas. *Iste est populus quem deportavit Nebuchadnesar; anno 7. Judæi 3023. anno 18. Nebuchadnesaris, deportavit Hierosolymis animas 832. anno 23. Nebuchadnesaris; deportavit Nebuzaradan præfectus satellitum è Judæis, animas 745. Omnes animæ 4600. sunt. Ubi Rabanus ter Judæos à Nebuchadnesare captos scribit; harumque trium captivitatum numerum hic à propheta censer. Primam ponit in transmigratione Jebojachimi filii Josia; de qua 2. Paralip. XXXVI. secundam in transmigratione Jechonia; de qua 2. Reg. XXIV. Tertiam in Urbis ac Templi excidio, sub Sedechia; de qua 2. Reg. XXV. Quæ si vera senten-*

*tia est, tres numeri mutandi sunt: ut pro septimo anno in prima captivitate scribatur, Primo; in secunda pro octavo decimo scribendum sit, Octavo; pro vice simo autem tertio in captivitate postrema legi oporteat, undecimo, inquit Melchior Canus, lib. XI. locor. Theolog. cap. V. At quis prudens non potius judicaverit falsam esse sententiam Rabani; quam falsatos esse omnes Bibliorum codices, Hebræos, Chaldæos, Syros, Græcos, & Latinos. Multo igitur modestius Emanuel Sâ, in Notationibus ad hunc locum: Quidam, inquit, putant esse errorem in numeris; & legendum pro 7. 1. pro 18. 8. pro 23. 19. ut patet ex IV. Reg. XXIV. & XXV. & II. Paral. XXXVI. Ego id non ausim dicere: potius dicere, de alijs hic translationibus agi quam IV. Reg. Et sane quidvis potius dicendum fuerat quam ad hoc desperatum remedium recurrendum.*

Rectius igitur multo Jacobus Capellus in Chronologia sua ( ad annum Mundi 3298. & 3414. ) Deportationum alias majores, alias minores fuisse asserit: prioris generis tres anno Nebuchadnesaris 1. 8. & 19. factas; posterioris item tres, quæ Jeremia LII. anno Nebuchadnesaris 7. 18. & 23. commemorantur factæ. Cum enim Jebojachimus, post triennii servitutem adversus Nebuchadnesarem rebellasset: inimicus est contra eum exercitus, ex Chaldæorum, Syrorum, Moabitarum & Ammonitarum turmis constans. Quod ex præstito Domini factum fuisse Scriptura notat; ut Judæos perderet, & amoveret à facie sua: secundum verbum quod locutus fuerat per servos suos Prophetas. (2. Reg. XXIV. 1. 2. 3. ) Ab hoc igitur Nebuchadnesaris exercitu, anno illius quidem 7. Jebojachimi vero 10. deportati sunt Judæi illi 3023. quod & à Fastorum Sæculorum authore est animadversum; anno Regis hujus decimo Nabuchodonosorem regem Babylonis, septimo anno regni sui subacta Judæa 3023. Judæos captivos abduxisse, memorante.

Factum hoc, non quidem biennio, (ut erronea illius statuit hypothesis, quæ 12. annos regno Jebojachimi tribuit) sed integro anno ante grandem illam deportationem, sub ejus successore Jechonia factam, ad quam (non ad illam sub Jebojachimi) Tremellius & Deodatus primam in hoc Jeremia loco propositam referendam esse judicant. Quamquæ enim captus fuisse dicatur Jechonias anno Nebuchadnesaris octavo, & captivi decies mille cum eo abducti: (2. Reg. XXIV. 12. 14. ) ista tamen inter se conciliari posse Deodatus existimat, si in fine septimi & initio octavi contigisse; & Jeremia 3000. Hierosolymitani, reliqui 7000. ex diversis Judææ partibus milites fuisse admittantur. Verum, quum ab initio Nebuchadnesaris ad Jechonia captivitatem, præter annos 7. plusquam 100. mensium spatium intercessisse, in V. Theosof sine ostenderimus: illa 7. desinentis & 8. ineuntis consideratio locum hic habere non poterit; Et quum è tribus deportationibus hic memoratis, media tantum Hierosolymitanorum, dux reliquæ Judæorum fuisse dicatur: illa primæ ad Hierosolymitanos restrictio minus ad mentem sacri

scriptoris

Vis. Hieron. & Perer. in Dan. 2. 1.

à Jun. in Ezech. 30. 1 & Dan. 2. 1

scriptoris facere videatur. Quin & in magna illa *Jechonia* deportatione (quæ una longe plures captivos habuit, quam tres illæ, de quibus nunc agimus, simul sumptæ) ipsorum *Hierosolymitanorum* multo majorem quam 3000. numerum fuisse apparet. Sic enim locum huc spectantem, 2. Reg. XXIV. 14. reddidit *Tremelius*. Et deportavit rex à totis *Ierusalaimis* cum omnes præfectos, tum omnes valentes robore, decies mille captivos, omnesque *fabros lignarios & fabros ferrarios*. Sed, è totis *Ierusalaimis*, per *Synecdochen* ille explicat, è toto regno: & in numero decies mille captivorum, è tribu *Juda* 3023, illos (Jerem. LII. 28.) fuisse censet; reliquos 7000. (quorum 2. Reg. XXIV. 16. fit mentio) ex urbe *Hierosolymitana* deportatos fuisse subindicans. Contra *Deodatus*, (illa *Tremelii* *Synecdoche* ut nimis fortasse catachresticâ minus probata) tota *Hierosolyma*, majorem & meliorem partem populi, interpretatur; ex Urbe 3023. (quæ certe major *Hierosolymitanorum* pars esse non poterat) abductos fuisse conjiciens, cæteros vero 7000. ex tota regione reliqua deportatos fuisse, intelligendum relinquens. Sed verius omnino est; numerum illum 3023. in *Jeremia* positum, ad deportationem sub *Jechonia* factam nihil omnino attingere.

Secundam *Jeremias* captivorum 832. *Hierosolymis* decedentium, non (ut *Rabanus*) de *Jechonia*, sed de *Sedechia* transmigratione, post expugnata & diruta *Hierosolyma Tremelii*, & *Deodatus* accipiunt, sub finem anni 18. & initium 19. anni *Nebuchadnefaris* factam eam fuisse opinati. Et licet ex *Jerem. LII. 12. 13.* manifestum sit incensum fuisse Templum anno *Nebuchadnefaris* 19. *Iosephus* tamen tum in lib. X. *Antiquit.* cap. XI. tum in libro I. contra *Apionem* ad 29. ejusdem, (ut videtur) capitis versiculum respiciens, anno ejusdem 18. hoc factum fuisse scribit: numero tamen 832. deportatorum, ibidem expresso, ad captivitatem sub *Jechonia* factam, relato; cum quo, præter decem millia: (2. Reg. XXIV. 14. commemorata) 832. etiam alios abductos fuisse asserit. *Antiq.* lib. X. cap. IX. *Laurentius* vero *Codomanus* etiam anni tempestatem, qua *Nebuchadnefar* regnum iniit ex hoc ita conatus est eruere. Anno 10. *Sedechia*, durante obsidione *Hierosolymitana*, ingressus est *Nebuchadnefar* annum regni 18. (*Jerem. XXXII. 1. 2.*) Anno 11. *Sedechia* mense 4. die 9. *Chaldæi* captam urbem ingressi sunt. (*Jerem. XXXIX. 2. 3. LII. 5. 6. 7.*) Necdum desuit annus 18. *Nebuchadnefaris*: quo 832. *Judæos Hierosolymis* captivos ab illo abductos Scriptura testatur. (*Jerem. LII. 29.*) At vero annum 19. regni sui attingit *Nebuchadnefar* mensis 5. sequentis, die 7. quo *Nabugradan* *Hierosolymam* ingressus est, ut eam flammis perderet, & solo æquaret. (2. Reg. XXV. 8.) Ergo inter 9. diem mensis 4. anni 11. *Sedechia*, & mensis 5. diem 7. initium 19. anni (& consequenter reliquorum omnium annorum) *Nebuchadnefaris* statuendum est. Et quia initio huic assignandus erat vel 7. dies mensis 5. vel aliquis 27. dierum precedentium: ne is relinqueretur in dubio, pro eo mensis 5. kalendas assume-

re *Codomanus* placuit.

Verum nimis debili tota hæc structura nititur fundamento: non potuisse 832. illos *Judæos Hierosolymis* abduci, priusquam *Hierosolymis Chaldæi* essent potiti. Nam deportati *Hierosolymitani* duorum fuerunt generum: ut liquet ex 2. Reg. XXV. 11. *Jerem. XXXIX. 9. & LII. 15.* Alii partim metu, partim *Jeremie* prophete suavione (*Jerem. XXI. 9. & XXXVIII. 2.*) inducti, ab urbe obfessa defecerunt ad *Babylonios*: alii in Urbe remanserunt. Quum igitur anno 10. *Sedechia*, *Ægyptiaco* exercitu adventante, *Chaldæi* obsidionem intermittere fuissent coacti, anno ante captam urbem altero, (ut in II. Thesi est ostensum) *Hierosolymitanos* illos 832. qui ad eos defecerunt, in *Babyloniam* abducendos curaverunt; anno *Nebuchadnefaris* 18. quem 10. *Sedechia* respondere scriptura diserte asserit. (*Jerem. XXXII. 1.*) non ita quidem exiliter, ut 8. illius primos 9. suos dies communes tantum habeat cum 10. hujus, ut *Codomanus* visum fuit; sed ut 10. hujus 35. dierum spatio 18. illius antevertens 330. reliquis diebus cum eodem paria faciat: quem admodum in V. Thesi declaravimus. Quare nec anni 18. desinentis, & 19. ineuntis remedium quicquam hic prodest 832. vero deportatorum numerum plurimum etiam obest. *Eversa* enim urbe & civibus vacuata (*Jerem. XXXIX. 8. 9.*) non plures inde captivos abductos fuisse, nemo prudens opinabitur.

Quod in minore 745. numero multo magis locum habet in tertia deportatione commemorato: quam ad transmigrationem populi sub *Sedechia* factam, contra omnium aliorum sententiam, *Rabanus* accommodat. Quum enim migravisse tum dicatur *Juda* è terra sua, vinitoribus tantum & fossoribus in eâ relictis (2. Reg. XXV. 11. 21.) tantillum captivorum numerum translatum inde fuisse, nullum (opinor) sanus somniaverit. Neque justa aliqua ratio afferri potest, cur ante 13. *Nebuchadnefaris*, annum, in textu expressum, translationem hanc factam fuisse arbitremur. Est enim longe maxima *Judæorum* pars, qui post urbis excidium in terra remanserant, per prodicionem occisorum duce *Gedalia* in *Ægyptum* (nequicquam reclamante *Jeremia*) migraverit: multos tamen ibi substituisse vel ex unico illo *Ezechielis* testimonio, tribus post cædem *Gedalia* mensibus edito, (siquidem mense septimo illum sublatum constat, *Jerem. XLI. 1.* hoc vero prolatum esse decimo; *Ezech. XXXIII. 21.*) intelligitur. Qui habitant vastitates istas in terra *Israëlitas*, loquuntur dicendo. Unus erit *Abraham* qui hereditario jure possideret hanc terram, nos autem multis; nobis tradita est hæc terra in hereditatem. (*Ezech. XXXIII. 2.*) Neque enim tales erant illi, qui in *Ægyptum* concesserant, *Jerem. XLIII.* quales hic *Propheta* describit: ut à *Christiano Massao* in 6. *Chronicorum* libro, recte est animadvertum. Illi manere noluerunt; isti voluerant. Illis promissa securitas, si manerent; (*Jerem. XLII. 10. 11. 12.*) isti dicitur, quod pestilentia, fame, gladio caderent. (*Ezech. XXXIII. 27. 28.*) Illos occidit *Nabu-*

*chodonosor*

chodonsor in Egypto: istos partim cæsos in Iudæa, partim translatos à Nebuzaradan constat anno domini sui 23, qui fuit 4. desolatio nis Hierusalem. (Jerem. LII. 30.) quod non animadvertens Iosephus, lib. X. Antiq. cap. XI. quinto post excidium Hierosolymitanum anno, qui fuit regni ipsius Nabuchodonosori vigesimus tertius, (anno enim illius 18. ut dictum, non 19. Templum & Urbem excisa fuisse ille censuit) Judæos hocce ex Egypto captivos Babyloneam abductos fuisse credit, quum ante 27. deportati Iechonia, qui fuit regni Nebuchadnesaris 35. Egyptum ab eo occupatam non fuisse, ex Ezechiel. XXIX. 17. sub præcedentis capitis finem jam audiverimus.

Sequitur longe difficilior, Jerem. XXVII. 1. In principio regni Iehojachimi filii Iosia regis Iudæ, fuit verbum hoc ad Ieremiam à Domino. Ubi pro Iehojachimi nomine, Sedechie repen dendum Iosephus Scaliger contra Par. um, Iacobus Saliarius ad ann. Mundi 4. 3426. Johannes Bohemus, & alii aliqui existimant; licet Hippolytus Porriensis, vel quicumque author fuit Chronici anno XII. Alexandri Severi conscripti, & Epiphanius in 1. Panarii, (pag. 35. edit. Græc. Basil.) Sedechiam etiam f. achimi nomine appellatum fuisse, sensisse videantur. In versu vero 3. illius Ieremias capituli, per legatos qui venturi erant Hierosolyma ad Sedechiam regem Iudæ, Dei voluntatem finitimarum gentium Regibus significare Propheta jubetur, ut Nebuchadnesaris Regis Babyloniæ jugo colla sua submitterent. Deinde vers. 12. etiam Sedechiam regem Iudæ allocutum se fuisse secundum omnia verba ista. Ieremias subiicit: in principio capitis sequentis, hanc quoque temporis mensuram porro adjiciens. Et factum est in anno illo in principio regni Sedechie regis Iudæ; in anno quarto, in mense quinto (Jerem. XXVIII. 1.) Unde & nova exoritur difficultas, unde in principio regni Sedechie factum dicatur, quod quarto illius anno contigit.

Porro prophetiam illam in anteriore medietate, sive 11. primis versiculis capitis, XXVII. comprehensam, in principio regni Iehojachimi a Deo primum revelatam Jeremias fuisse, censent Tremellius, Codomanus, Brochtonus, Deodatus, & alii: & (triennio scilicet antequam Nebuchadnesar in Babylonia, & 11. annis priusquam Sedechias in Iudæa regnare cepisset): quæ in posteriore vero medietate, & 11. reliquis versibus continentur, ipsius Sedechie decimum temporibus Regi, & Sacerdotibus, & toti populo à Propheta fuisse proposita. In priore igitur parte, comparare sibi vincula & lora in tempus illud quo regnatus esset Sedechias, iustum fuisse Prophetam existimant. Sic enim auctoritatem conciliatam prophetiæ, & omnem male de Propheta suspicandam occasionem sublatam, affirmat Tremellius. Creditque Codomanus, propterea undecim annis ante regnum Sedechie factum esse ad Ieremiam verbum Domini, de jugo quinque regibus mittendo per legatos ad regem Sedechiam missos, ut Propheta sciret suavitè non mendum esse ab impio rege Iehojachimo; quo defuncto, iugum traditurus esset lega-

tis mittendis ad novum in eius regno successorem, Sedechie nomen habiturum.

Ad alterum autem locum, Jerem. XXVIII. 1. quod attinet: duram esse existimat illam Mal donati expositionem. P. Aludanus; annum 4. Sedechie dici principium regni ejus, quia fuit ante medietatem illius, quamquam regni Sedechie undecim tantum existentibus, ut eorum 4. ad principium regni ejus, referatur; neque Anglo Duacensibus nostris interpretibus, neque Iacobus Saliarius, durum omnino esse videtur. Alii, ex profectioe vel legatione Sedechie anno regni sui 4. in Babyloniam instituta, (Jerem. LI. 59.) eum de novo in Regem à Nebuchadnesare fuisse confirmatum colligunt; indeque in quarto illo anno novum principium regni Sedechie constitui, quæ Nicolai Lyranii Jerem. XXVII. 3. & Augustini Tornelli ad annum Mundi 4339. Parag. 4. est sententia. Alii priora ista. [Et factum est in anno illo; principio regni Sedechie regis Iudæ] ad superiora referre malunt, atque a posterioribus separate. [In anno quarto in mense quinto] quæ cum sequentibus necanda esse censent. Quod probabile iudicat D. onysius Petavius: & multo esset probabilius si Tremelliana loci illius versio recipere tur. Quum autem fuisset (vel accidisset) illud anno illo, principio regni Sedechie regis Iudæ: anno quarto mense quinto, allocutus est me Hanania. q. d. Quum illa quæ præcesserant, à versu 12. ad finem cap. XXVII. anno illo, id est, in principio regni Sedechie edixisset: anno decimo post quarto, mense quinto, is quæ dixeram contradicens Hananias, ita me est allo-

cutus. Superest adhuc trium illarum difficultatum postrema, quas sapientiæ cælestis afflatu egerit Beroaldus putavit, ut possint intelligi. Iehojachim, live Iechonias, quum regnare cepisset, dicitur fuisse annorum octo & decem. 2. Reg. 24. 8. at octo tantum. 2. Chr. 36. 9. Pro 8. autem annis, multum ille facere existimat locum illum Matth. I. 11. ut in veteribus codicibus legitur. Iohannes B. Hieronymus Iwanij, Iwanij B. Hieronymus legunt. Et nota à Beroaldo ante omnes interpretas Beroaldus. Iosias autem genuit Joachim, Joachim autem genuit Iechoniam, & fratres eius in transportatione Babylonicâ. Octavus enim Iechonia ab undecimo & postremo patris Iehojachimi sub tractus ad definentem 3. & ineuntem 4. Iehojachimi annum nos perducit: quo tempore Daniel initio Historiæ suæ notat Nebuchadnesarem, capta Hierosolyma, vasa sacra, & primariæ nobilitatis florem in Babyloniam deportasse. Quam sententiam propugnat etiam, Iacobus Capellus in Chronico suo.

Contra vero decimum octavum potius ætatis annum Iechoniam tunc egisse, argumento est, quod malum fecisse dicitur in conspectu Domini, omnino prout fecerat pater eius; & quod uxores ejus (fœminas Tremellius reddidit) simul cum eo deportatæ memorentur: (2. Reg. XXIV. 9. 14.) quæ in octo annorum puerum minus competunt. Unde Cajetanus ad locum illum Chronico rum, Canss (lib. XI. locor. Theolog. cap. 3.) & Jo. Mariam (pro edit. vulgata cap. 21.)

pag. 236

An. 3439  
Parag. 17.  
pag. 714.  
& 718.

Vid. Sal. Jarchi.

Tom. 2.  
pag. 162.

Marth. Beroald. Chr. 1. 3. cap. 5.

Copp. Chr. 1. 3. in Mund. 3392.

4. Parag. 18.  
19. 20. 21.  
tom. 4. pag.  
659. 660. &  
718.  
6. Pag. 247.  
146.  
e. Tom. 2.  
Antiqu. Ier.  
H. Chamissi.  
pag. 594.  
Vid. Har.  
villium, col.  
932. 987.  
986. item  
Syr. MS.  
LXX. &  
Hieron.

4. Codoman.  
Annal. ad an.  
Mund. 3512.



8. pro 18. errore scriptorum itreplisse in textum asserunt. Pro quibus facit & editio Syriaca; quæ in loco illo Chronicorum etiam 18. annorum numerum nobis exhibet. Nimirum Hebraico codice, (ut ait Mariana) à librariis vitiatò, is error in Græcos codices & Latinos inde manavit, & scribentis peccatum interpretis vitium factum est.

4 Alph. To.  
stat. in 4.  
Reg. 24.  
q. 8.

Sed ante illos, \* Abulensis sacri textus corruptelam nullo modo hic admittendam esse præmonuit. Primum quia ista positio (ut ille loquitur) est nimis scandalosa; quia eodem modo scripturam poterimus dicere in omnibus locis esse corruptam: vel saltem non erit nobis firmum, aliquam partem eius esse veram. Deinde quia de iure humano est regula, quod in ipsis iuribus vitanda est correctio; & nunquam sunt iura corrigenda quandiu possunt tolerari, sed expedit iura iniuriis concordare: ut patet de elect. lib. 6. c. cum expedit. A fortiori ergo in scriptura (in qua nihil debet concedi devians à veritate) debet laborari pro concordia eius: & sic quandiu poterint partes concordari, non est dicendum quod aliqua pars sit corrupta. Et tamen possunt concordari ista partes sacre Scripturæ: inquit ille, nempe, si 8. annorum dicatur fuisse Jechonias, quando cæpit regnare vivente patre; 18. vero, quando regnavit solus mortuo patre. Eiusque in regni consortium cooptationis, ex prophetia

illa Jeremiæ XXVII. jam exposita, rationem etiam aliquam \* Codomanus ita conatur reddere Joachimus audito Jeremiæ vaticinio, metu ne per illud populus moveatur, ut Sedechiam aliquem (frater enim ipsius non Sedechias, sed Mattanias eo tempore dicebatur) præferat suo filio Jechonia. Quamobrem eandem, annos tantum octo natum, curat regem designari: ut sic prophetia Jeremiæ fiat irrita; nec filius olim experiatur fortunam paternam, (ipsi enim Joachimo minor frater Joachazus à populo prælatu fuerat) & ad alium transferri videat regnum jure hereditatis sibi debitum.

Alii aliter ista inter se conciliant. Tremellius enim, & cum securus Brochtonus, locum 2. Chronic. XXXVI. 9. sic interpretatur. Natus octo annos, quum ILLE regnare inciperet: non ipse videlicet, sed pater ejus; cujus in proxime præcedentibus facta fuerat mentio. Rectius vero (juxta locutionis illius sententiam primum usurpatam initio regni Saulis primi Israelitarum Regis) octavum ille annum egisse dici poterit, non ætatis, sed servitutis Babylonice, cui ipse cum populo suo tunc erat obnoxius. Quidquid enim de loco illo Matthæi I. 11. demum statuatur: quo tempore patri successit in regno Jechonias, à captis anno Jehojachimi 4. Hierosolymis octavum numeratum fuisse annum non est dubium.

